

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Friedrich Hein Gotthard Höveln von

**Disputationum Ordinariarum V. Quaestiones Exhibens iuridicas Tit. I. III. IV. & V.
Lib. XIII. Digest. De Condictione Furtiva, De Condictione Triticiaria, De Eo, Quod
Certo Loco Dari Oportet, Et De Costituta Pecunia,**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731522869>

Druck Freier  Zugang



4 Theorem

(1)

(2)

(3)

(4)

F. Klein (S. v. Höveln) ^{Vert.} ja

R. U. uir. 1627.

10.
200

DISPUTATIONUM ORDINARIARUM V.
QUÆSTIONES EXHIBENS
JURIDICAS
TIT. I. III. IV. & V. LIB. XIII.
DIGEST.

DE
CONDICTI^EONE FURTIVA, (1)
DE
**CONDICTI^EONE TRITI-
CIARIA,** (2)
DE
EO, QUOD CERTO LOCO (3)
DARI OPORTET,
ET
DE CONSTITUTA PECUNIA, (4)

Quas
Deo clementer annuente,
Sub PRÆSIDIO
FRIDERICI Heins/ J.D.

Publicè ad diem 28. Aprilis defendet
GODTHARDUS ab HöVELEN
Lubec.



ROSTOCKI

Literis Joachimi Pedani, Acad. Typogr. Anno 1627.

Σὺν Θεῷ.

AD TIT. I. LIB. XIII. DIGEST.

DE CONDICTIO N E FURTIVA.

Condictio furtiva est actio personalis, civilis, qua dominus intendit, à fure, aut eius herede, rem furto ablatam sibi dare oportere *Wesemb. in par. ff. b. n. 5.* Quibus, contra quos, & quando hæc detur actio, brevibus explicabunt subjectæ tituli nostri quæstiones.

I.

An in re furtiva soli domino condictio competit? R. Soli domino eam competere, cui res subrepta est, vel heredi eius, & quamdiu rei subreptæ dominus manet. *l. l. l. 10. §. 2. ¶ 3. & l. seq. ff. b. t. l. eum, qui. 14. §. qualis. 16. ff. de Furt.* Quod in hac condictione speciale est, cum regulariter dominus non possit rem suam condicere. *§. sic i- tag. 14. Inst. de act. l. ult. §. ult. ff. Usufr. quemadm. cav. Cujac. in- comm. suo super C. nec non in par. ff. ¶ C. h. Adde eund. ad l. si debitor. 79. ff. de Furt. in suo Papin.* II.

An is, cuius ope, consilio furtum factum est, teneatur condictione furtiva? R. Non teneri. *l. proinde. 6. ff. b.*

III.

Si pro fure damnum decisum sit; (Pro fure damnum decide-re est de furto pacisci. *Cujac. 10. obs. II.*) Utrum decisione illa etiam condictio furtiva tollatur? R. Condictionem furtivam decisione illa non tolli, sed furti actionem tantum. *l. si profure. 7. in pr. b. Jun- ge gl. ad l. si dupo. 13. §. idem Julianus. 2. in verb. condictitia. supr. de- Jurejur.* IV.

Re post moram debitoris perempta; Utrum ipsa res, an ejus æstimatio peti debeat? R. Rem peti debere: quia res debetur, non æstimatio. *l. si servum. 91. §. ult. ff. de V.O. ¶ ibi Cujac. in comm. suo ad ill. tit.* Coeterum quod ex *l. in refurtiva. 7. in fin. pr. b.* moveri solet dubium, resolvit *Pactus cent. 4 evavlio. ¶ q. 25.*

V.

Si ex causa furtiva res condicatur, cūjus temporis æstimatio fiat? R. Id tempus spectandum, quo res unquam plurimi fuit.

l. 8.



201

I. 8. §. 1. l. 13. ff. b. t. ubi Cujac. in not. solem. quemadmodum & ad
l. ult. inf. de condic^t. tritic. tum ad l. 59. ff. de V. O. in comm. suo ad ill.
tit.

V I.

Num condic^tio furtiva in heredem in solidum detur? R. Condic^tionem furtivam adversus furis heredem regulariter in solidum non dari, sed tantum in id, quod perverit. arg. l. 3. § pen. ff. de pecul. l. 3. §. fin. l. 5. l. 6. §. 4. ff. Rer. amot. l. ult. C. eod. l. si plures 17. §. 1. l. in heredem. 26. ff. de dolo malo. Cujac. 7. obs. 37. & 13. obs. 37. &
add. l. 5. ff. Rer. amot. in suo Papin. nec non ad l. si mulier. 21. §. pen.
eod. tit. in suo Paulo. ubi cum allegatis textibus l. in condic^tione. 9. b. t.
conciliat.

V II.

Si rem furtivam dominus pure alteri leget; An heredi domini
condic^tio detur? R. Non dari, quia dominus ejus non est, cum
dominium factio testatoris ab eo discesserit. l. 5. v. 10. §. ult. b. Sed
nec furti actio ei suo nomine dabitur, quasi sibi furto factio, cum
nihil heredis intersit, re alij legata & acquisita; & furti actio de-
mum illi detur, cuius interest. l. is. cujus. 85. ff. de Furt. Cujac. ad l.
sed nec. u. ff. b. t. & ad l. sed & 8. ff. de serv. corrupt. utrobiq. in suo
Paulo.

VIII.

Si rem furtivam dominus pure alteri leget; An legatario, de-
functo domino, in furem detur condic^to furtiva, si fur adhuc eam
rem contrectet? R. Condic^tionem furtivam legatario non dari,
cum ei furtum factum non sit, & condic^tio furtiva non detur, nisi
ei, cui res surrepta; sed vel vindicare rem furtivam, vel ad exhiben-
dum agere. d. l. sed nec. u. ff. b. vel etiam furti in duplum actione le-
gatarium recte experiri, si fur adhuc eam rem contrectet. l. si domi-
nium. 47. (ubi Cujac. in not. solenn. & ad l. 38. §. 1. de leg. i. in comm.
suo ad ill. tit.) l. si is, qui. 66. §. 1. ff. de Furt. Adde eund. Cujac. dd. ad
quest. prae. locis.

IX.

An detur condic^tio furtiva ei, cuius amplius non interest, o-
lim tamen interfuit, v. g. si servi furtivi sub conditione legati no-
mine, heres conditione pendente, condic^tionem furtiva egerit, lite
autem contestata conditio existat; An condic^tio expiret, quod jam
non intersit petitoris hominem recipere? R. Condic^tionem furti-
vam ei, cuius jam non interest, licet aliquando interfuerit, non
dari: Deniq; in specie proposita, ubi lite contestata conditio exti-
tit, condic^toriem furtivam expirare, l. si ferous. 14. in pr. ff. b. t. ibi q.
Cujac. in suo Juliano.

A 2

Quan

X.

Quanti rem furtivam sub conditione legatam & extinctam,,
si pendente conditione judicetur, judex æstimare debeat? R. Tan-
ti eam æstimandam esse, quanti eam rem , si redditum fuisset, heres
vendere potuisset. d. l. si servus. 14. in fin. pr. b. & infr. de Furt. l. si
quis uxori. 52. §. si statuliber. pen. Vide Cujac. ad l. in lege. 45. §. 1. ff.
ad l. Falcid.

XI.

An indistinctè novatione tollatur condicō furtiva,sive res fur-
tiva adhuc extet & præsens sit,sive nō extet amplius,interēpta forte
post novationē? R. Indistinctè tolli. l. parvi. 17. in pr. b. (Ubi trāsferre
in aliud nomē,&in alium statum obligationis, novare est, ut notat
Cujac. ad scire. 29. in fin ff de V.O. Qua in re novatio differt ab obla-
tione.nam oblatione nuda liberatur reus re perempta demum:nova-
tione liberatur statim, etiam re extante. Gl. in d. l. 17. in pr. in-
verb. offeratur, b. Item oblatio nuda exigit rei præsentiam ; quia
non potest quis videri obtulisse rem, quæ non aderat, & solum est
præsens res, quæ est in ea regione,in ea provincia, ubi de ea quæri-
tur. l. qui decem. 72. §. idem responsum. 3. in fin. ff. de solut. Novatio
autem non exigit, ut res præsens sit. *Cujac. ad d. l. parvi. 17. b. in suo
Papin.*

AD TIT. III. DE CONDICTIONE
TRITICIARIA.

Condicō triticiaria sive triticaria (à tritico casu quodam sic
dicta,qua in antiqua formula hujuscē condictionis, quoties scili-
cet sua cuiq; actioni constituta erat formula, tritici siebat mentio,
propterea quod ei,qui hanc actionem sibi dari primus postulave-
rat, forte res erat de æstimando tritico, *Cujac. in par. ff. b.*) est a-
ctio personalis,qua præter pecuniam numeratam petuntur res o-
mnes certæ vel incertæ, mobiles vel immobiles, corporales vel in-
corporales. l. i. in pr. ff. b. t. Quæstiones tituli hujus præcipuæ sunt.

I.

An actione, Si certum petetur, præter pecuniam numeratam,
etiam res certæ alia omnes peti possint ? R. Taim cœteras res o-
mnes certas, quam pecuniam numeratam actione, si certum pete-
tur,vel, quæ eadem est, certi condicōne peti posse, l. certum est.
6. & l.

206

6. & l. certi. 9. in pr. ff. de Rebus cred. Cum quibus textibus quomo^do l. i. in pr. b. concilianda tradit Cujac. ad rubr. tit. C. si cert. petatur. in pr. & add. l. 6. in suo Paulo, nec non ad l. 23 in pr. ff. de Reb. cred. in suo Afric.

II.

Cum plerumq; qui vinum, oleum, frumentum debet, nec solvit, quanti vinum, oleum, frumentum est, damnatur, aestimatione a judice facta: aestimatio autem harum rerum varia sit, locis temporibusq; varietatem adferentibus. l. pretia. 63. §. uli. ff. ad l. Falcid. l. ideo. 3. infr. tit. prox. Hinc existit quæstio, cujus temporis aestimatio fieri debeat? R. Aut quis pure debet vinum, oleum, frumentum; aut cum adjectione diei, vel conditionis, vel loci. Si cum adjectione diei, sumetur aestimatio ejus diei, quo scilicet dari debuit, quoq; agi potuit. Nam die apposito id videtur agi inter contrahentes, ut is solus dies spectetur. Igitur non quanti fuit vinum ante diem, reus damnabitur, sed quanti eo die est, alioquin hoc plerumq; fraudi erit reo debitori, si aestimatio referatur ad tempus, quo nondum agi cum eo potuit. l. ult. ff. b. l. quotiens. 59. ff. de V. O. Similiter conditione adjecta, sumetur ejus temporis aestimatio, quo scilicet conditio extitit. d. l. quotiens. Loco adjecto, ejus, quo in eum locum perveniri potuit; sed & ejus loci tantum aestimatio, hoc est, quanti sit vinum, frumentum, oleum, in ejus loci foro, quo dari debuit, spectabitur. d. l. ult. b. l. idem erit. 60. ff. de V. O. Nec est hac in re differentia inter judicia stricta & bonæ fidei. d. l. ult. b. l. vinum. 22. sup. de Reb. cred. ubi Cujac. in suo Juliano, & in d. l. quotiens. 59. ff. de V. O. Quod si obligatio pura fuerit, tum siquidem sit bonæ fidei, rei judicata tempus; sin stricti juris, litis contestatae tempus spectatur. d. l. ult ibi: Si de die nibil convenit, b. d. l. vinum. 22. sup. de Reb. cred. l. 3. §. in hac actione. 2. ff. Commod.

AD TIT. IV. DE EO, QUOD CERTO LOCO DARI OPORTET.

Actio de eo, quod certo loco dari oportet, arbitraria est, qua scilicet, quod certo loco dari debuit, alio loco petitur, facta commemoratione ejus loci, quo dari debuit. Cujac. in par. ff. b. Ex hoc titulo quarunt Juris nostri Interpretes.

A 3

Si

I.

Si quis stipulatus sit Ephesi decem, aut Capuae hominem dari; An possit, detracto altero loco experiri? R. non posse, ne auferatur loci utilitas reo. l. 2. § si quis Ephesi. 2. b. Vide Bart. ad l. non utiq. 3. ff. b. n. 8. quem sequitur Caſtrenſ. in d. l. 2. §. si quis, & in d. l. non utiq. n. 5.

II.

Cujus in alternativis sit electio; debitoris an creditoris? R. Debitoris esse electionem, quid praestare velit, c. in alternativis. 70. Extr. de R. f. in 6. d. l. 2. §. Scœvola. 3. ibi: sed quid debeat, esse in ejus arbitrio, b. Caſtrenſ. ad d. l. non utiq. n. 8. b.

III.

An eadem sint earundem rerum in diversis locis pretia? R. Varia esse rerum pretia per singulas ferè civitates regionesq. l. 3. b. l. pretia. 63. §. ult. ff. ad l. Falcid. Junge Accurs. ad l. fn. in verb. discrimin. C. de tempor. in integr. rest. Pacium cent. 4. Evavlioꝝ. quæſt. 31.

IV.

An mora debitoris augeatur obligatio fidejussoris? R. Non augeri. l. centum. 8. b. & ibi Cujac. in suo Afric. & ad l. ult. b. in suo Paulo.

V.

An is, qui certo loco dare promisit, alio loco solvere possit invito stipulatore? R. Non posse l. is, qui. 9. b. l. qui Roma. 122. in pr. ff. de V. O. l. fidejussor. 16. §. 1. ff. de Fidejuss. V. Accurs. ad l. continuu. 137. §. cum ita. 2. in verb. ubiq. potest. ff. de V. O. & Cujac. cum ad d. l. 122. in pr. tum ad d. l. 137. §. 2.

*AD TIT. V. DE PECUNIA
CONSTITUTA.*

Constituta pecunia est pecunia debita à se, vel ab alio, quam certo die ut solvatur curaturum se quis recipit citra stipulationem. Cujac. in par. C. b. Per pecuniam rem quamvis in commercio existentem hoc loco intellectam volumus, l. pen. C. b. t. l. pecunia. 178. ff. de V. S. Eamq; vel naturaliter & civiliter simul, vel naturaliter tantum debitam exigimus. l. 1. §. 7. b. Sola verò civilis obligatio ad constitutum inducendum non sufficit. l. 3. §. 1. b. Hoc generere

203

nere conventionis nulla sit novatio, sed prima obligatio rata & firma permanet, quoad debitum re ipsa solutum fuerit. *l. ubi. 28. b.*
Sequuntur tituli hujus questiones.

I.

An qui constituit Romæ se solutum, quod in provincia acceperat, Romæ tempore legationis actione de constituta pecunia conveniri possit? R. Si in legatione Romæ existens, constituit se Romæ solutum, quod in provincia acceperat, de constituto tempore legationis rectè convenitur. *l. 5. §. 1. in pr. b.* Sin vero in provincia cum esset, constituit se Romæ solutum, Romæ legationis tempore conveniri non potest, alio tempore potest. *d. l. 5. §. 1. in fin. b. Cujac. 13. obs. 17. Et ad l. furiosus. 39. §. 1. ff. de Judic. in suo Papini.*

II.

An indebitum possit constitui? R. Non posse. *d. l. 5. §. quod exigimus. 2. ff. b. l. pen. in pr. vers. ita tamen. G. eod. Vide Pac. cent. 4. Evanius. quæst. 35.*

III.

Si qui mihi aut Titio se solutum promiserat, mihi soli constituerit se solutum, ac deinde solverit Titio; An mihi nihilo minus de constituto teneatur? R. Teneri. *l. si vero. 8. b.* Etsi n. promissor etiam post constitutum factum, me invito rectè solvere potuerit Titio. *l. vero. 12. §. pen. ff. de solut.* (nec enim constitutum novat principalem obligationem. *l. ubi. 28. b.*) & solutione ea ipso jure se liberarit à priori & principali obligatione: non tamen se liberavit à posteriori obligatione, hoc est, à constitutoria, in qua Titius non fuit adjectus, sed mihi soli pecunia constituta est. Verum, us subiicitur in *l. 9. b.* poterit promissor sive debitor pecuniam solutam à Titio repeteret, conditione indebiti, quod ei imprudenter solvit, nim. non animadvertisens, constitutum, quod mihi soli fecit, pro solutione haberi, id est, constitudo mihi, jam se, quasi mihi solvisse videri. Solvit igitur Titio, qui jam mihi solvisse intelligebatur. *Cujac. ad d. l. 8. b. in suo Paulo, Et ad l. seq. 9. in suo Papin.*

IV.

Qui constituit certa die se solutum, si non solvat ea die, sed postridie, vel qua alia die postea offerat, quod constituit, creditor

ditor autem accipere nolit, nec tamē sit ei ulla justa causa non accipiendi, & postea sine culpa debitoris res pereat; An constitutus liberetur, quasi res perierit creditori, non sibi; quasive pro soluta habeatur, quam creditor sine justa causa accipere recusavit? R. Debitorē à periculo, & consequenter ab actione constitutæ pecunia liberari. l. sed & si alia. 17. ff. b. Et sic moræ semel commissæ emendatio est per oblationem scil. quæ sit integro adhuc jure creditoris, id est, cum nondum quicquam interest creditoris, sibi præmaturius solutam rem fuisse. *Cujac. ad d. l. 17. b. in suo Paulo.*

V.

Si valetudine impeditus, aut vi, aut tempestate, petitō ad diem constituti non venerit, & postea pecunia, quam tunc temporis paratam debitor habebat, perierit furto, vel rapina, vel alio casu; An ea res ipsi noceat, hoc est, an periculum pecunia, quæ post diem constituti perijt, ad eum respiciat? R. Periculum pecunia ad petitorem pertinere & debitorem liberari, quia verum est petitorem moram fecisse in accipiendo. *Litem illa. 18. in pr. b. Cujac. d. ad th. præc. l.*

VI.

An ex constituto, quod rogato ex SCto Trebelliano restituere hereditatem, vel alias possessori hereditatis, debitor hereditarius fecerit, post restitutam hereditatem vel possessori evictam, fideicommissarius, vel is, qui hereditatem evicit, agere possit? R. Eum solum agere posse, non possessorē, cui res evicta est, cumve, qui ex SCto restituere jussus est. *l. si post. 22. b. Cujac. ad l. beres. 21. in pr. ff. de Fidejuss. in suo Afric.*

VII.

An reus constitutæ pecunia sive accessor etiam in usuras tenetur? R. Teneri, si modò & in usuras se obligavit nominatim. *l. quidam. 26. b. ubi, quod dicitur: Salvaratione usurarum, Basilica rectè interpretantur μετα τινων τονων, id est, cum usuris habes penes me. Cujac. ad d. l. 26. b. in suo Scævola.*

26 (2) 25



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731522869/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731522869/phys_0012)

DFG

nere conventionis nulla sit novatio, sed prima
firma permanet, quoad debitum re ipsa solutio
Sequuntur tituli hujus questiones.

I.

An qui constituit Romæ se soluturum, q
accepserat, Romæ tempore legationis actione
nia conveniri possit? R. Si in legatione Romæ
se Romæ soluturum, quod in provincia accep
tempore legationis recte convenitur. l. 5. § 1. in
provincia cum esset, constitutus se Romæ solut
tionis tempore conveniri non potest, alio ten
§ 1. in fin. b. Cujac. 13. obs. 17. & ad l. furiosus. 39.
suo Papin.

II.


An indebitum possit constitui? R. Non
exigimus. 2. ff. b. l. pen. in pr. vers. ita tamen. C. eu
Evav. 20. Q. quest. 35.

III.

Si qui mihi aut Titio se soluturum promis
tituerit se soluturum, ac deinde solverit Titio;
nus de constituto teneatur? R. Teneri. l. vero. 8
etiam post constitutum factum, me invito redi
Titio l. vero. 12. §. pen. ff. de solut. (nec enim co
principalem obligationem. l. ubi. 28. b.) & solu
liberarit à priori & principali obligatione: n
vit à posteriori obligatione, hoc est, à constitu
non fuit adjectus, sed mihi soli pecunia constit
subjicitur in l. 9. b. poterit promissor sive debit
tam à Titio repeteret, condicione indebiti, q
solvit, nim. non animadvertisens, constitutum,
cit, pro solutione haberi, id est, constituedo
mihi solvisse videri. Solvit igitur Titio, qui ja
telligebatur. Cujac. ad d. l. 8. b. in suo Paulo,
Papin.

IV.

Qui constituit certa die se soluturum, si
sed postridie, vel qua alia die postea offerat, q



ata &
28. b.

acia
pecu
tituit
ituto
ò in
lega
l. 1. 5.
. in-

quod
nt. 4.

con
o mi
missor
uerit
vat.,
re se
bera
tius
n, ut
solu
enter
li fe
quasi
e in
n suo

die,
, cre
ditor

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]

203